

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sanctae Mechthildis virginis ordinis Sancti Benedicti Liber specialis gratiae

**Mechthild <von Hackeborn>
Mechthild <von Magdeburg>**

Pictavii, 1877

Caput XIX. De quinque noster quae statim debent dici cum quis mortuus fuerit.

[urn:nbn:de:bsz:31-60070](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-60070)

Christus
devicit
omne
malum.

Christi victoria, qua mundum et diabolum devicit, cum tota conversatione ejus sanctissima ac universis laboribus et passionibus suis, animabus in supplementum totius negligentiae conferre dignetur, liberans eas ab omnibus malis, et ad regnum gloriæ, quod ipse est, eos perducatur. Amen.

Hanc oratio cum tali intentione perlegisset, vidit copiosam multitudinem animarum, cum maxima hilaritate, pro sua liberatione gratias Deo referre.

CAPUT XIX.

DE QUINQUE PATER NOSTER QUÆ STATIM DEBENT DICI CUM QUIS
MORTUUS FUERIT.

Remedium
sibi parat
pro
defunctis
orans.

L EGERAT aliquando quinque *Paternoster* sanctissimis Christi vulneribus pro quodam mortuo, secundum morem nostrum, quos statim ut aliquis mortuus fuerit nuntiatus legere solemus. Et desiderabat scire quod animæ inde remedium haberet. Cui ita respondit Dominus : « Anima ex hoc quinque bona consequitur : Angeli enim a dextris ei ministrant protectionem, a sinistris consolationem, ante spem, retro confidentiam, supra cœleste gaudium. » Item dixit Dominus : « Quicumque pro aliquo mortuo, compassionis sive charitatis affectu, intercedit, particeps erit omnium bonorum quæ fiunt per Ecclesiam pro illo defuncto, et in die exitus sui, omnia sibi parata inveniet ad remedium animæ suæ et salutem. »